Quelle:
Copyright:



Nomina vero authorum sunt Nicolaus Gäz de quo supra № 6. Andreas de Weytra, cujus in, ter Rectores Univers: Vienn: ad annos 1432. et 39 meminit Sorbait pagg: 24 & 26; et Stephanus de Genburga, cui maxima pars istorum sermonum adscribitur. Eiusdem quoque sunt duae postremae collationes, ante, et post hos, nes disputationes 1460. habitae.

# Cod: CCXXII.

2

Chartac: 4: Secul: 15. 6.5.

Vorsatz fehlt noch

## 1. Fol: 1–142.

Joanis Gersonii de vita spiritu ali animae liber.

Joannis Gersonii Liber de vita spirituali animae. Rubro praemittitur: "Incipiunt dic, ta Joannis Gersonis Cancellarij parisiensis Et sequitur prologus in quo distinguun, tur materie". Prologus iste est epistola dedicatoria ad Petrum de Alliaco Cardinalem Cameracen: Gersonii olim praeceptorem, et incipit: "Reverendo in Xto patri et sacre theologie professori &c". Opus ipsum incho, atur: "Ego vos baptisavi aqua". Idem habe, tur etiam in Cod: XLIX. n: 1. inter opp: autem Gersonii edit: Antwerp: 1706 curante Ludov: du Pin extat Tom: III. col 1. Segg:

## 2. Fol: 143–183.

Eiusdem pars II. in Theolog mysticam practicam

Eiusdem pars Secunda in Theologiam mysticam practice consideratam; Vita inscribi, tur praesens opusculum in edit: T. III. col: 899. In codice autem rubrica sonat: "Incipit tractatus de vita contemplativa Magistri Johis.